

B. 25.

CVM
AVGVSTISSIMO ATQVE INVICTISSIMO
IMPERATORI ROMANO

DOMINO DOMINO

CAROLO VI.

GERMANIAE HISPANIAE HVNGARIAE
BOHEMIAE DALMATIAE CROATIAE SLAVONIAE
SARDINIAE SICILIAE VTRIVSQUE INDIARVM CETERA
REGI POTENTISSIMO ARCHIDVCI AVSTRIAE DVCI BVR-
GVNDIAE BRABANTIAE MEDIOLANI SVPERIORIS ET
INFERIORIS SILESIAE PRINCIPI SVEVIAE CATALAV-
NIAE AVSTRIAE MARCHIONI BVRGOVIAE MORAVIAE SVPE-
RIORIS ET INFERIORIS LV SATIAE COMITI HABSPVRGI
FLANDRIAЕ TYROLIS RELIQA,

DOMINO ET IMPERATORI NOSTRO

LONGE INDVLGENTISSIMO,
TOT REGNORVM AC PROVINCIARVM PRINCEPS
HAERES

LEOPOLDVS

ARCHIDVX AVSTRIAE
PRINCEPS ASTVRIAE

FELICISSIMIS NATVS SIT AVSPICHS
INTER TOT GENTIVM AC POPVLORVM PLAVSVS ET BONA VERBA
CRASTINA LVCE VI. KALENDAS IVNIAS

DEMISSISSIMA MENTE IMPERATORI
AC DOMINO SVO MVLTO CLEMENTISSIMO

ORATIONE LATINA

GRATVLABITVR

IVVENIS
NOBILITATE GENERIS ET PROPRIA VIRTVTE AC
DOCTRINA FLORENTISSIMVS

IOANNES IACOBVS EISENREICH,

NOBILIS HVNGARVS,
AD QVAE SACRA MAGNIFICENTIVS CELEBRANDA
VTRIVSQUE REIPVBLICAE PROCERES
OBSEVANTER ATQVE OFFICIOSE INVITAT
FRIDERICIANAE PRO-RECTOR

IO. FRIDEM SCHNEIDERVS,

PHIL. ET IVRIS DOCTOR LOG. AC PRIM. PHIL. ORDINARIVS IVRIVM
PROFESSOR EXTRAORDINARIVS.

HALAE MAGDEBVRGICAE

Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.



PROGRAMMA.



Quod precatia Deo optumo maximo sumus, eoque publicis patriæ votis, tot gentium ac populorum desideris incitati exoptauimus, id inuictissimus Imperator CAROLVS VI. Princeps semper augustus, pius, inclytus, felix, Dominus noster longe indulgentissimus diuinæ benignitatis munere, applaudente meliore orbe, lætante vniuersa Germania, inque vnum conspirantibus ac tripudiantibus diuersarum nationum ciuibus tandem consecutus obtinuit. Fortunatissimisenim auspiciis &, non Lucina, sed toto cælitum choro fauente natus est maximæ indolis & amplioris multo expectationis PRINCEPS, PRINCEPS maiorum decoribus fulgentissimus LEOPOLDVS, cuius mobiles cunæ stabilem promittunt potentissimæ AVSTRIACÆ domui pereñitatem, cuius crepundia & serperastra æternam fore DEO hominibusque dilectissimam FAMILIAM ostendunt, &, inter flagrantissima bonorum omnium suspiria, perpetuam fortunam & seruandum vitæ sine vlla offensione cursum & tranquilla omnia & placata, testimonio gentium Senatus, consensu Europæ, confessione amicorum omnium summa iam lætitiæ voluptate fruentium pollicentur. Quid autem dulcius hominum generi a natura datum est, quam liberi? Quid propter indulgentiam & excellens AVSTRIA CORVM ingeni-

PROGRAMMA.

nium & præstantissimum animi robur optatus, quid FRIDERICO WILHELMO potentissimo Borussia REGI suavius, quid TEVTONIÆ precibus conuenientius, quid FRIDERICIANÆ denique ad celebrandum excelsa hac subole euenire potuit illustrius? Dicitur vix potest, quid caritatis habeat atque voluptatis natiuitas FILII, cuius augustissimus PARENS verum doctrinæ pretium constituit & litterarum opes in omnibus suspicit, & liberalium disciplinarum studia fauore penitus inusitato amplificat, & ab his pæne omnem emanare laudem, gloriam, virtutem, dignitatem existimat. Sed quemadmodum ea, quæ per aliquod temporis spatium sunt negata, apparent iucundiora, quia mora desiderium accenditur; ita Imperatorius PVER non statim orbi adfulgens magis delectat, quam si preces anteuertisset nostras, & splendore suo illapsus fuisset mundo nondum ad omnia pulvinaria à summis, infimis, mediocribus ardentissime expetitus. Nunc vero, cum eo momento, quo excellens RVDOLPHORVM sapientia, quo MAXIMILIANORVM eminentissimæ virtutes, quo CAROLI V. impavidus animus, quo FERDINANDORVM constantiæ ac grauitatis ornatissima exempla, quo LEOPOLDI mens Deo deuotissima desiderium ac memoriam præteritæ felicitatis infatiabiliter renouat,

PROGRAMMA.

ret, cumque itidem CAROLVS VI. immortalibus factis & maioribus in patriam promeritis eandem recordationem faustis ominibus reduceret, ac reflicaret, mirum videri non debet, alacritatem esse maiorem, acclamationes populorum sonantiores, gaudia viuidiora, ac vota denique in futurum protensa multis gradibus calidiora. Vnusquisque namque animo iam meditatur atque intelligit, quantus futurus sit Archidux LEOPOLDVS, omnium qui fuerunt, atque erunt, virtute, sapientia, gloria princeps, salutem, otium, dignitatem, Reipublicæ conciliaturus, quam itidem tremendus hostibus, qui ad LEOPOLDI prægloriosissimum nomen contristantur: bene memores, quanta strage sint affecti, quanto cum dedecore fugerint, quantam hominum multitudinem amiserint, & quibus denique palmis ac victoriarum laureis condecoratus fuerit auius regii pueri, LEOPOLDVS Imperator magnus, & inuictus. Id certum est, in eo suauius consentire amicos sempiternæ domus, fore aliquando, vt CAROLVS VI. PATER eadem virtutum semina imprimat diuinæ ac teneræ menti, vt illam vim insitam excitet, & ad bonum FAMILIÆ AVGVSTÆ conseruandum & in longum tempus propagandum accommodatiorem efficiat; quo non tam maneat profi-

PROGRAMMA.

ffina fortuna, quam nouo faustitatis cumulo au-
cta altius surgat, & admirabilis bonis, atque
inuidis viciffim appareat terrifica. Cuius rei
fpes cum non fit in longinquo pofita, fed ani-
mis oculisque temporum fingulis momentis
propior adfulgeat, aliter fane euenire vix po-
teft, quam vt frontem exporrigant omnes, &
melioribus verbis certent, & votis fefe ligent, &
vt res PATRI FILIOQUE bene vortat, publice orent
ac folemniter optent. In quorum numero cum
inueniatur generofiffimæ virtutis ac doctrinæ
Iuuenis IOANNES IACOBVS EISENREICH
Nobilis Hungarus, inque eo iam fit, vt ora-
tione votiua ac nitidioribus verbis confcripta
faulta ac læta & fortunata omnia Sereniffimo
ARCHIDVCI Aultriæ apprecetur, & pro
incolumitate FAMILIÆ regnatricis fupplica-
tiones & obfecrationes iufte faciat, æquum
eft, vt, quod ille animo intendit, & crafti-
no die feliciter, nec fine ingenii gloria exfe-
quetur, populo innotefcat, eaque fama ad
fummos & extremos & medios pertingat,
quo magnificentius fonet vox oratoris pieta-
te erga DOMINVM fuum multo indulgentiffi-
mum nemini cedentis, facundia vix vlli.
Quamobrem illuftriffimum DANKELMAN-
NVM Regimini Ducatus Magdeburgici cum
imperio præfidentem, virum CAESARI &
splen-

PROGRAMMA.

splendidissimæ EIVS aulæ pernotum, litteris ac Musarum sacris impense fauentem ea, qua par est, obseruantia huc aduocamus, EVM que vna cum diuerforum Collegiorum CONSILIARIIS excellentissimis enixe rogamus, vt, quid nostræ de ARCHIDVCE fausto fidere orbi nato ominentur Pierides, quidue portendant in futurum attente ac perbenigne crastina hora X. percipiant. Confimiliratione Illustrissimos COMITES itidemque BARONES veterrimis maiorum imaginibus fulgentes, EQVITES, COLLEGAS, CONSVLES, SENATORES, MYSTAS, CIVES officiose vniuersos obtestamur ac perhumaniter singulos monemus, vt preces precibus, vota votis jungentes, ipso facto ostendant, quam sibi caleat veneratione pectus, quam sit sibi grata natiuitas amœna PRINCIPIS tam venusti, tam suavis, tot nationes ac gentes mirifice recreantis. P. P.

Halæ Magdeburgicæ VII. Kalendas Iunias MDCCXVI.



Gb 1633.

4^o


ULB Halle 3
001 611 763



20

n. c.





CVM
AVGVSTISSIMO ATQVE INVICTISSIMO
IMPERATORI ROMANO
DOMINO DOMINO

CAROLO VI.

GERMANIAE HISPANIAE HVNGARIAE
BOHEMIAE DALMATIAE CROATIAE SLAVONIAE
SARDINIAE SICILIAE VTRIVSQVE INDIARVM CETERA
REGI POTENTISSIMO ARCHIDVCI AVSTRIAE DVCI BVR-
GVNDIAE BRABANTIAE MEDIOLANI SVPERIORIS ET
INFERIORIS SILESIAE PRINCIPI SVEVIAE CATALAV-
NIAE AVSTRIAE MARCHIONI BVRGOVIAE MORAVIAE SVPE-
RIORIS ET INFERIORIS LVSATIAE COMITI HABSPVRGI
FLANDRIAЕ TYROLIS RELIOVA,

DCMINO ET IMPERATORI NOSTRO
LONGE INDVLGENTISSIMO,
TOT REGNORVM AC PROVINCIARVM PRINCEPS
HAERES

LEOPOLDVS

ARCHIDVX AVSTRIAE
PRINCEPS ASTVRIAE

FELICISSIMIS NATVS SIT AVSPICIIIS
INTER TOT GENTIUM AC POPVLORVM PLAVSVS ET BONA VERBA
CRASTINA LVCE VI. KALENDAS IVNIAS

DEMISSISSIMA MENTE IMPERATORI
AC DOMINO SVO MVLTQ CLEMENTISSIMO
ORATIONE LATINA

GRATVLABITVR

IVVENIS
NOBILITATE GENERIS ET PROPRIA VIRTUTE AC
DOCTRINA FLORENTISSIMVS

IOANNES IACOBVS EISENREICH;

NOBILIS HVNGARVS,
AD QVAE SACRA MAGNIFICENTIVS CELEBRANDA
VTRIVSQVE REIPVBLICAE PROCERES

OBSEVANter ATQVE OFFICIOSE INVITAT
FRIDERICIANAE PRO-RECTOR

IO. FRIDEM. SCHNEIDERVS,

PHIL. ET IVRIS DOCTOR LOG. AC PRIM. PHIL. ORDINARIVS IVRIVM
PROFESSOR EXTRAORDINARIVS.

HALAE MAGDEBVRGICAE

Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.

ubernet.
GVSTVM
itia com-

